

Admodum dolui, quod dum istis viximus colloqui tuo
caruimus, non tamen tuam fuisse illam culpam aio,
nec etiam nostram, scis enim cum totius istius senatus
voluntas discideret, non esse in nostra manu ut obstemus,
hoc ego nos absolvo, Te etiam fortassis necessaria tua
negotia Leydam vocabor, Suspectus tamen parum
mibi es, Accipi enim Duarmondum te petisses, ad
spectandum funus defuncti D. a Duarmont, ~
quid hoc ad te? ad idem cupidus eras videndi funus?
an nunquam alias vidisti similia? Eocum etiam
videndum erat? praesertim cum clarissimi tui -
(quod raro contingit) in urbe erant amici. Speraveram
fore ut etiam simul in templo S. Joannis concineremus
quod toties promiseras, si quando ultraiectum videremus
at iam cum simul videremus cum simul nobis fieris, Leyda
petis, quasi nos fugiens, quod tamen non est ut credam

Supius cum patre tuo et cognatis tuis pransi sumus
et si adfuissis Musicis circinissimus, et sine te nihil
omnia languerant, tu solus querebaris. Quid enim?
sic cantavimus dicerat Bassus, idem si barbita caneremus,
tu enim quod magis est, adhaereras tecum
praecipitorem cognatorum tuorum qui Bassum canere
soleret, Pater tuus praesidio ut sine Bassum cantare
nequit, tremula frigidaque in Barbita manus. Ita
ut nihil sine te et praecipitorem isto efficere iucundi
potuerimus. Casus vero non proorsus te libero, nam
si non istis hic etiam canere potest, Tu igitur
si purgari te nobis cupis ad nos venias ut de
resarciamus, non est quod caueas timoris mo-
lestiam, Appetit aetas, etiam tantum iucundum
erit iter facere, praecipue cum uno die huc ad nos
possis. Hoc igitur te ex animo rogo, atque etiam

Probissimo Constantiss.^{mo}

Jurini D. Cornelio A

Sigis

Ultractum

